

meratis, ita & in specie determinat Bart. in l. fin. ad S.C. Tertull. Quibus accedit supra allegatae autho-
ritates, præsertim Bald. Alex. Roman. Decii, & aliorum
plurium, quos notat Tiraq. in l. fin quam, C. de reuot. do-
nat. verb. suscepit liberos, n. 194. E: his puto etiam fa-
tis responsum ad præmissa opposita, ne longius
teratur tempus.

Concludo, ut supra, confirmandam esse priorē
sententiam, & pronunciandum, bene indicatum,
male appellatum, cum expensis huius instantiae,
propter regulam generalem, qua victus victori,
&c. Nec sufficiens causa pateat, quæ appellantes
60 possit excusare in hac instantia. Et quia † fructus
in hoc petitionis hereditatis iudicio veniunt, iu-
re, & ex natura Actionis, non officio Iudicis, item
veniunt, §. fructus, ubi glossa, & l. sed si lego, §. 3. de petit.
hered. Hi vero in libello primæ instantiae expresse,
& in specie velutiam in genere nō petiti: imo nec
in priori sententia corum sit facta mentio: ideoq;
nec opus esse puto, ut specialiter in hac nostra sen-
tentia eorum adjudicatio fiat, ut per Bald. in l. 5. n. 4.
C. si quis alter. vel sibi, l. i. n. 14. & 15. C. de fruct. & lit. ex-
pens. Sed sufficiere confirmationem prioris senten-
tiae: sicut fructuum designationem ad eam li-
quidationem, quam sententia prior reservat, co-
libentius remittere.

Salutis Dominorum votis.

D.N. Correferens putat: etiam si renunciatio
non ita sit facta, propter verbum, donec. Tamē ad-
mitti eam: Marantham allegat in 10. disputat. per tot.
concludit cum Referente. Expensas compensat.

V O T U M V I I I .

In causa Comptromissi G. vnd T. M.

Contra

Marschalek zu P.

S V M M A R I A .

- 1 Actoribus in hoc casu que actiones competant. & n. 4.
5. & seq. Et cur ea fere omnia ad eundem finem &
effectum tendant. ibi. n. 7.
- 2 Utile interdictum, vel possidetis, datur pro seruituti-
bus rusticis.
- 3 Petita vtriusque partis, in hoc casu, utile interdictum,
vti possidetis, respiciunt, & eo directa sunt, cum ex-
pressa petitione cautionis.
- 4 Actio in factum, in locum interdictorum succedit.
- 10 Actoribus quibus & quot modis citationis punctum in-
stificare nitantur, & n. 11. 12. & 13. Circa primum
discernenda sunt res, n. 14. Item, Fundi complexi li-
mitibus. n. 15. Et tertio locus, qui die Dieffenbach
dicitur. n. 16.
- 17 Actoribus ius pascendi sibi vendicare cupiunt; cum diffe-
rentia ramen. ibi. n. 8.
- 19 Cum testium depositionibus, ita aliis collatis, quid in-
de colligendum.
- 20 Articuli & depositiones de proprietate in hoc iudicio
non parum operantur.
- 21 Probatio dominij probest.
- 22 Possessio instificatur per dominij probationem:

- 23 Possessio instificata maxime præualet, Ratio, quia ibi
potiora iura esse dicuntur.
- 24 Actores in hoc casu qua ope nitantur.
- 25 Arbitratores finium & terminorum in hoc casu qua-
liter à partibus electi.
- 26 Recursus ab Actoribus per modum Exceptionis, vel Re-
plica, permitti iuriis proponi potest.
- 27 Actores unde fundarint suam recursum. & num. 30.
& 32.
- 28 Compromissum fuit à partibus in hoc casu, ut Arbit-
ratores der gebührlichen unpartheilichen Bil-
lichkeit nach erkennen solten.
- 29 Nullitas processus sequitur, si forma à partibus pre-
scripta non serueretur.
- 31 Iniquitas laudi lucet quedam resultaret, ad boni viri
arbitrium tamen laudum reduci potest.
- 33 Reductio à lando ad boni viri arbitrium spatio trigin-
ta annorum peri potest.
- 34 Iudicis officium tempore 30. annorum durat.
- 35 Actio hac laudi, quod merito reduci debeat, satis pro-
presa.
- 36 Pagi Wachenhofen & Alesheim diuersos & sepa-
ratos fines & terminos habent.
- 37 Ex natura correlatiuorum sequitur, esse terminum, ad
quem, & cuius respectu dicantur fines.
- 38 Ius pascui, quod Actores Reis fatentur, unde colligitur.
- 39 Nemo presumitur iura & libertates suorum prædi-
orum iactare, & alteri concedere.
- 40 Partes presumptive non facile consentiunt in com-
promissarios, nisi prius exploratam ipsorum dexte-
ritatem habeant.
- 41 Compromissaria quæ.
- 42 Processus arbitratorum, & ipsa substantialis forma
sententia, sive laudi, sicut Reis ipsosque ruerit.
- 43 Praesumptione iuris ita factum creditur, cum de alio
processu inter partes non conuentum sit, quam ve
arbitratores ex aequo & bono, secundum eorum con-
scientiam, sine alia probatione procedant & defini-
ant. Et tali casu renunciarum dicitur solennitatiiu-
ris positivū quoad probationes. ib. n. 44. Daturque
actio, de stando dicto sui aduersarij. n. 45.
- 46 Arbitratores si facti veritatem nouerunt, datar actio
de stando dicto sui aduersarij.
- 47 Iudicare qui potest, sola facti veritate inspecta, iudi-
cat tanquam Deus, secundum suam conscientiam.
- 48 Arbitrator, cui parres potestatem, secundum suam con-
scientiam, iudicandi dederunt, in ipsarum preiudi-
cium iudicare potest sine probatione secundum suam
conscientiam.
- 49 Arbitrator probationibus persuasius credere potest, I-
tem, scripture priuate, si verisimiliter videat ita es-
se faciendum. n. 50.
- 51 De arbitramenti sive laudi forma minime, sed de sta-
bilitate & equitate eius diu discepratur.
- 52 Agrorum proprietas & dominium, in quibus ius pa-
scendi controvexit, ad quos pertinet.
- 53 Wachenhouii iuris præsumptione, suam intentionem,
quoad ius pascui, eiusque iuris possessorii inter limi-
tes Alesheimensem, &c. tanquam super iuribus a-
liorum, habere non possunt fundatam.
- 54 Regula, quoad te, liberas edes habeb.

- 55 Wachenhouij nullos agros in loco controverso haberere reperiuntur.
- 56 Wachenhouenses licet fundos in ipsis limitibus habeant, non tantum necessarium inde ad ius pascendi inferri potest.
- 57 Wachenhouenses sua quieta possessione partu considerare possunt.
- 58 Verba illa, Wachenhofen ultra memoriam hominum in locis ibidem definitis zu hütten gehabt / vnd noch haben, magis petitorum, quam possessorum decernant.
- 59 Wachenhouensem prætensa quiete possessioni, resistit impatientia Reorum.
- 60 Vsurpatio pascuationis facta non tam iure seruitur, quam amicitia, &c. quo casu seruitus non presumitur. ibi. n. 61.
- 62 Propter possessionis defectum & factas contradictiones per pignora, &c. non obstat prescriptio.
- 63 Propter contractum per compromissum inter partes, ante subsecutum arbitramentum, siue laudis vigore transactionis, & sententia arbitratorum, limites pro certis & indubitatim in effectu habentur, qui olim extiterunt.
- 64 Arbitratoris sententia est quædam transactio.
- 65 Per transactionem, sicut sit recessus à lito, ita & per arbitramentum.
- 66 Arbitratores, licet videantur habere effectum erga causas, quas tractarunt, super actis tamen ipsius causa, & processu ipso possunt esse testes, & probant.
- 67 Arbitratoris simplici informationi seu relationi statut, quando sibi data sunt potest as a partibus, procedendi de iure & de facto, cum vel sine scriptura.
- 68 Arbitramentum postquam iam est perfectum, reuocatio non est locus: secut tamen ante laudum.
- 69 In transactione non permittitur paenitentia, ita ne in arbitratore, perfecto nimirum arbitramento.
- 70 Verba Bassa compromissi que.
- 71 Reductio, quod generaliter ad arbitrium boni viri nulla cautela effugi posset, quando procedere intelligitur.
- 72 Læsio quando est modica, non datur petiū reductionis, &c. sicut etiā quando arbitratores sunt electi tanquam boni viri, habito respectu ad eos, non ad alios. ibi. n. 73.
- 74 Læsio in nostro casu quod sit modica, ex quibus colligitur. ibi. n. 75-76. 77. & 80.
- 78 Læsio dici nequit, quando nihil amitti potest.
- 79 Actu non existente, de priuatione siue amissione iuri, quod quis non habuit, frustra queritur.
- 81 Læsio an enormis, arbitrarum.
- 82 Consideratio qualitatis testium utrinque.
- I**N forma & soleribus processus nostræ cause nihil desiderari puto: Impetrato enim & reproducto mandato pignorationis, solito more, singula utriusq; puncti, mandati, & citationis perfecta noscuntur. Estq; Jurisdictione Cameræ, tam rerum, quam personarum ratione, satis fundata. Nec desiderantur Procuratoria, nisi q; nominis der Gottesmänner / præmissa est præambula, quæ D. Wildhelm iniunctum, vt eorum nomine sufficienter se legitimet. Actoribus nostris, siue pignoratis, conquerentibus de iniuncta molestatione & turbatione pignorantium, datur actio apposita negotii & qualitatis controversia, & quæ ipsi vtilior videtur, nepe, vtile in interdictu, uti possit detis: q; t̄ datū communī opinione Doctorū, pro seruitutib⁹ rūsticis. Hic enim petitat utriusq; partis hoc remediu respiciunt, & eō directa sunt, cum expressa petitione cautionis, vt per Bart. l. i. rt̄ possid. Ferrar. in form. libelli, pro turb. poffess. verb. ad casandum, n. 1. Et licet etiā ex aliis iuris capitibus agatur, videlicet condicione ex lege t̄ siue constituti & tituli pignorationis, ii. ord. 22. Itē, actione in factu, t̄ qua in locum interdictu succelli, Gail. 5 de pignerat. c. 1. 3. 22. Quandoq; relata hac seruitutis specie, ad interdictu t̄ de itinere, actuq; priuato, cum speciale remedium lex non exprimat: Et t̄ ea pleraq; ad eundem se ē siue & effectum tendant, cum omnia possessoriū iudicium respiciant: prout tali casu quandoq; etiam petitorio agitur, contra impeditent vsum pascui, per confessoriā, l. 2. in princisi seru. vendic. Cæpoll. de seruit. rust. præd. ri. iuris pascendi. Nonnunquam condicione t̄ ex lege non scripta, l. vñica, de condit. ex leg. & sine scripto, inst de iure nat. gentium & ciuil. Tamen ex receptione sententia magis conueniens pu: o, vt Actoribus nostris vtile interdictu retinēdæ, t̄ adaptēmus: præsentim cum de petitorio non prorogando, sed possessorio inhærendo, per Actores expresse protestatū sit.
- Pro iustificando citationis puncto, t̄ Actores principaliter & primò nituntur iure pascui quod habuerunt à decē, viginti, &c. annis & à tempore immemoriali, in locis & fundis ter: ii & quinti articulorum, specificè designatis. Secundò t̄ dicunt, ii se in suo iure, pignoribus captis, esse turbatos. Tertiò, in subsidium allegant t̄ ius proprietatis fundorum, partim ad se, partim ad superiores & alios spectantium. Item consequenter, t̄ & in effectu, exceptionis, vel potius reclamations nullitatis processus Arbitratiū, iniquitatem laudi, enormem lassitudinem, pactum in compromiso conditionatum (nisi scilicet partibus laudum, siue terminorum designatio displicerit) & tandem præambulam contradictionem & appellationem, testante protestationis exhibito instrumento.
- Circa primum: discernendæ sunt res, t̄ ultra limites designatos, versus pagum Alesheim sitæ, de quibus in articulis fit mentio, & partes discrepare videntur: quas tripartitas articuli & testes esse dicunt. Quædam enim sunt sitæ extra terminos in tertio elisiō designatos, vt puta agri Wachenhouensem, quorum proprietas & dominium quidem ipsorum est, in quibus tamen pascendi iure nunquam sunt v̄si, de quibus quæstio iam nō est.
- Deinde sunt fundi t̄ complexi limitibus, in tertio articulo designatis: vbi quædam præta ad Wachenheim spectare forte potest colligi, nullos vero agros ibi habent. Tertiò est locus, t̄ qui dicitur die Dieffenbach. Verum Actores ius t̄ pascendi in proximis duobus locis, eorumque finibus sibi vendicare cupiunt, in quo tota controversia consistit: cum differentia tamen ea, t̄ quam arti-

articulus tertius & quintus prætendunt, vt vide-
licet illicius pascendi inter partes sit commune,
hic verò ad solos Actores pertineat. Collatis ita-
que fī his cum testium depositionibus, colligi po-
test, Actores vsum pascendi in campo, de quo ter-
tius articulus dicit, simul cum Reis antiquitus ha-
buisse, ita vt testes non meminerint initium eius
simultanei vsus: ita deponunt Actorum testes 3.
4.6.8.12.13.14.16.18.19.23.24.ad secundū & tertium
articulos, & testis quintus ad sextū, octauus &
nonus verò ad octauum articulum: quibus depo-
sitionibus nec Reorum testes repugnant, quoad
simultaneam usurpationem pascendi vsus. Id
ipsum partim confirmat confessio Reorū, in re-
sponsione ad dictū tertium articulum, q̄ videlicet
sapius vīsi tuerint Rei eo iure, vnd se offit mit-
den Viehe darauff gefahren: negantes tamen, daß
sie deß Macht gehabt quod magis petitorū, quam
possessorum, in q̄ o iam solummodo versamur,
sapit. Sed locus ille, de quo in quinto & sexto ar-
ticulo, qui dicitur die Dieffbach, non ita se haberet,
vt isti articuli continent. Ex dictis enim Actorū
testium liquet, videlicet 3.4.5.12.17.18.20.23. &
24. proprietatem eius rei pertinere non ad Wach-
chenhōenes, sed maxima ex parte ad alias etiā
dominos, à quibus à testibus nominatos, nempe
dem Pfarrherri zu Trimmersheim den Alesheimeren/
Stopfenheimern / vñō cīnem zu Störzelbach. Nec
Wachenhouii tantum, vt vult sextus articulus,
huius loci pascua usurparunt, sed & Alesheimeren
ses, comprobantibus iam enumeratis, & aliis non
nullis testibus. Ad turbationem quod attinet, res
est plana: quia in sexto causalī Reis fatentur, se alii
quocies Actores ob pecoris & iumenti pastum
controversis locis pignorasse, quod & dicta te-
stium & acta probatoria satis ostendunt.

Pro confirmandis & colorandis hisce duobus præmissis principalibus fundamentis, Acto-
res tertio nituntur allegatione proprietatis & do-
minii controversorum fundorum, afferentes,
id partim ad se, suosque pertinere, de quo depo-
nunt testes 1.3.4.5.6.12.17.18.19.20.21.22.23. & 24.
20 Sed articuli & depositiones † de proprietate in
hoc iudicio non patrum operantur, *Mēoch. in 3.*
21 *remed. retinend. num. 735.* Prodest enim † dominii
22 probatio, quia per † hoc iustificatur possessio, &
23 possessio iustificata † praualet magis cū ibi potio-
ra iura esse dicantur, per allegata *Bal. in l. Ordinarij, num. 10. Codic. de rei vendic.* præsertim quando
possessio non vi, clam vel precariō facta est, pro-
ut nonnulli testium afferunt, amicē, vicinaliter,
& sine contradictione Actores vlos esse pascua-
tione, leg. 1. in princ. & §. fin. vti possid. & leg. vni-
Cod.eod.tit.

24 Deinde nituntur Actores †ope reductionis &
recessus à Laudo, vel sententia Arbitrorum. E-
lecti enim † erant nostro casu à partibus arbitria-
tores finium & terminorum, non ut more iudi-
ciorum cognoscant, sed vt, tanquam amici, inter
partes ordinent & disponant, qui vulgo Arbitratores & amicabiles compositores nominan-

tur, l.3. & l.societatem, §. arbitrorum, pro socio, l. si in leg.
locationis, in princip. locati & conduci. leg. fin. *Codic. de*
contrah. empt. & vend. Qui recursus † ab Actoribus 26
per modum Exceptionis vel Replique iam propo-
sus est, permisso iuris, leg. vnde si *Nerua, pro socio.*
Petrus Iacob. in praxi, rubr. 8. n. 16.

Et fundarunt suum recursum † primò ex ca- 27
pite nullitatis processus † Arbitrorum. Com- 28
promissum enim erat, vt Arbitratores det gebür-
lichen vnparscheylichen Billigkeit nach erkennen soll-
ten. Sed præcipitanter, & cum festina- 29
tione fixisse pactos & signa limitum, nonnulli testium ad no-
num & decimū articulos deponere videtur. Cum
itaque † formam à partibus præscriptam non ser-
uarint, sed neglexerint, quod facere debuerant,
sequitur eos nulliter laudasse, l.2. *Codic. de arbitr. l. si*
cum dies, D. eod. tit.

Postea allegant † iniquitatem Laudi, ex eo, q̄ 30
ipsum Rei Alesheim pālam professi fuerint, daß
ihnen mehr zugeshrochen / dann sie selbst begrethet-
ten / de quo testantur 15.17.18.22.23.24. testes ad
vndecimū el. siuū. Item, magnam lesionē ex pro-
nunciatione sive designatione limitū: sed sic est,
quod si ea † iniquitas resultat, tamen ad boni 31
viri arbitrium Laudum reduci potest. dict. l. socie-
tatem, §. arbitrorum., pro socio. *Panorm. in cap. Quintauallis. num. 30. de iureur.* prout contenta vndeci-
mi & decimi erti articulorum, quod videlicet
non tantum consuetudo & ius pascendi in locis
controversis ad emprum, verum & facultas vten-
di & fruendi fundo & re propria, & ius decima-
rum, zusampt der Rueg/ amissum foret, quidam
testes afferunt. Primus dicit, se ita audiisse ab
incolis Alesheimensibus, secundus von Gotts-
männischem Anwalt & tertius, das wiss er wol/wo
dieser Untergang in Kräften bleiben sollt / daß den
von Wachenhofen an dem Erb vñnd Hut viel ge-
nommen were. Ita 8.12.18.19.22. & 24. nonnihil at-
testantur de damnis ex arbitramento.

Hisane&t;titur conditionatum † paetū com- 32
promissi, per vnum arbitrorum elocutum, vi-
delicet: quod nisi Laudum partibus aplaus-
erit, limites positi rufus eliminari debeant, testan-
tibus 6.7.8.10.15.17.18.22.23. & 4. depositis ad de-
cimum articulum elisuum. Cuius paetū vigore
merito effectus, qui in decimo sexto elisuo expri-
mitur, consequi debet.

Et ne in Laudum, sive pronunciatum, con-
sensisse Actores, aliquis putet, statim in continen-
ti, viua voce, & tertia die post, coram Notario &
testibus, contra sententiam arbitratorum prote-
stat, testante instrumento, A&is inserto, &
depositionibus testium ad decimum tertium &
decimum quartum articulos. Et licet ex parte
Actorum intra decem dies non fuisset reclama-
tum, tamen postea potuit peti † reductio ad 33
arbitrium boni viri, etiam spatio triginta † an- 34
notum: quia tanto tempore durat Iudicis offi-
cium, leg. sicut, & ibi not. *Codic. de præscript. 30. ann.*
leg. querelam, *Codic. de fals.* Et tanto magis, cum
hic intra annum in iudicio & extra, conquisti-
sunt

funt de grauamine sibi illato per Arbitratores, l.
qui grauatos se, Codic. de cens. & censor. & perceptoribus.
Canonist. in d.c. Quintaullis, de iure iurian. Alex. con. 183.
num. 3. vol. 6.

35. Ex his satis coniici potest actionem, † quoad
yrum compascendi, in locis expressis, tertii & quin-
ti elisi: Item, quoad turbatione & molestatio-
nem, nec non Arbitratorum pronunciationem,
& definitionem terminorum damnosam, quae nec
immihi: reduci debet, probatam esse.

E diuerso pro elisione opponitur, duos pagos,
36 Wachenhouen & Alesheim / sicuti sunt † diuersorum
dominorum & proprietariorum, ita etiā ab
antiquis, diuersos & separatos habuisse fines, ter-
minos, vnd ihre Dorffmarkung / iuxta primum
& secundum causalem, quos articulos vulgaris v-
sus, & communis consuetudo omnium ferē loco-
rum, prāsumptione quadam, non leui, com-
probant. Quam prāsumptionem adiuuat quorū-
dam testium depositio, tam directis verbis, quam
tacito intellectu, & effectualiter.

Primus testis Reorum, ad primum interro-
gatorum, secundi articuli elisi, distinet &
singulariter singula limitum demonstrat, & quod
ante quadraginta annos, à tempore examinis, ita
viderit.

Secundus testis dicit quidem ad primum ar-
ticulum, Sie haben kein Gemarkung gehabt son-
dern unter einander nachbarlich getrieben. Sed ad sec-
undum elisium ostendit fines concordantes,
cum primi testis terminis. Quo ipso in effectu in-
nuit, ob vicinalē concordiam generales limites,
quod pascua, parum obseruatos fuisse, donec
abusus irreplerit, de quo ad secundū interrogato-
rium primi articuli deponit.

Tertius semper audiuit à suis parentibus, de
hisce limitibus, & commemorat ea signa, vt
superiores. Ita & quartus nominat senes, à quibus
olim ita demonstrati sunt. Quibus accedit, quod
plures Actorum testium mentionem faciunt der-

Wachenhouer Marchung/ Wendic. Inde ex natura
37 correlatiōrum † sequitur, esse terminum, ad quē,
& cuius respectu dicantur isti fines, qui duo
38 terminata respiciant. Vnde etiam facile † collig-
itur, assertum ius compascui, quod Actores Reis
fatentur, de quo tertius elisius dicit, non intra
limites & fines Wachenhoui existere, alias non
permisissent Reis compascui in ihret Marchung.
39 Cum nemo † prāsumatur iura & libertates suo-
rum prædiorū iactare, & alteri concedere.

Deinde nituntur Rei, per Actores aliquoties
perpetratis molestationibus, wegen des Übertrie-
bens, & propterea subsecutis à Reis pignoratio-
nibus: idque probant per dicta testiū ad 3. 4. 5. &
6. causales, qui dicunt, Reos ob hoc pignoratos.
Amplificat quartus testis, quod Wachenhoui
mit dem Übertrieben Reos molestariint, über das sie
die Marchung selbst angezeigt gehabt, & ideo pigno-
rati fuerint. His succurrunt testes quidam Acto-
rum, nempe, ad primum interrogatorium noni
Articuli, quintus, octauus, duodecimus, decimus
sextus, decimus septimus, decimus octauus, vigesimus

mus secundus, vigesimus tertius & vigesimus quartus
ibidem, qui partim de actibus recentibus, par-
tim de antiquis deponere videntur.

Quibus accedit confessio in responsione par-
tis, ad textum causalem, vbi articulus deſi Pfân-
dens halben simpliciter verus creditus est. Inde &
dispacientia Reorū, si quid iure seruit, is vel pos-
sessionis Actores intertarint, fecisse coniici potest.

His duobus punctis robur addit compromis-
sum partium: deinde Arbitratorum sententia si-
ue laudum. De primo habetur 7. 8. 9. vsque ad de-
cimum quintū causalem inclusive, vbi quatuor
testes Reorum dilucidè de forma & modo com-
promissi testantur, vt articuli continent. Et qui-
dē in effectu, quod quatuor compromissarii ab
initio cognitionis, loco iuramenti corporalis, fi-
dem præstiterunt, se fines contoueros & climites,
syncera fide, & vt bonos viros decet, definituros.
Hinc Reorum testibus opitulantur depositiones
aduersario, ad decimi elisi, primū interrogatoriū, nempe 35. 18. 22. & 23. testium Actorum.
Quodque probē, & sine suspicione doli vel cul-
pae rem gessirint, conuincitur ex eo, q̄ plurimi te-
stium, qui negotio interfuerunt, dicant, Sie wi-
sen von keiner Partheyligkeit. Sicut nec partes præ-
sumptive † in iplos consenserint, nisi explorata
iporum dexteritas fuisset.

Item, continent illi articuli, & eorum probata:
litigantes subditos in ip/a inspektione oculari, sa-
tis abunde que auditos præmeditare, & cum cau-
se discussione prævia, limites positos esse. Asse-
runt testes Actorum, 1. 3. 5. 17. 22. 23. & 24. ad septi-
mum interrogatorium noni articuli. Et q̄ non i-
psum Arbitratores ad eandem diiudicationem
sele fuggerint, sed potius ad sollicitationem &
requisitionem Actorum. Bappenheimius tandem
in compromissum suscipiendum consenserit, iux-
ta primum, decimum octauum, & vigesimum se-
cundū testim ad quartum & quintum interrogatoriū noui articuli.

Continent etiam compromissi pacta, † & di-
cti articuli, inter partes consensum, vt quoque
modo Arbitratores causam definierint, daß
es bey dem selben/ohn alles fernere Verweigern end-
lich / ewig vnd unwidersprechlich bestehen vnd bleiben
soll. Hanc conventionem probant ipsi met arbit-
ratores unanimiter, ad vndecimum & duode-
cimum articulos. His concordant Actorum te-
stis 3. 18. 23. & 24. ad octauum interrogatorium
noni articuli.

Processus arbitratorum, † & etiam substanti-
ialis forma ipsa sententia, siue laudi, fauet Reis,
iplosque tuerit. Decimus enim articulus elisi-
us, qui continet præcipitatem & partialitatē
Arbitratorum, minimē est probatus. Ex professo
enim testes dicunt. Sie wissen von keiner Par-
theyligkeit. Item, q̄ cum cause discussione aliquā-
li, terminos poluerint. Id quod & iuris † præsum 43
ptione ita factum creditur, cum nec dealio pro-
cessu inter partes conuentum sit, quam, vt arbit-
ratores ex æquo & de facto, secundum veritatem;
aut sola facti veritate inspecta, secundum coru-

conscientiam, sine alia probatione procedant & definian-

- 44 Quo casu dicitur † renunciatum solennitati
45 juris positui, quoad † probationes: Ideo datur
Actio, de stando dicto sui aduersarii, Bartol. l final.
de preclar. stipul. Dd. in leg. iustitiae. quod conuentio-
ne, de iure iurand. & Alex. consilio 67. num. 4. lib. 2. ma-
46 ximè vero, † si arbitratores facti veritatem noue-
runt. Dec. consil. 631. in fin. & consil. 699. vbi dicit, qui
47 potest iudicare, † sola facti veritate inspecta, iu-
dicat tanquam Deus, secundum suam conscientiam, Bald. in l. scimus. num. 9. de iure delib. Et potest
48 arbitrator, † cui partes talen potestatem dare
potuerunt, in ipsarum præiudicium iudicare, si-
ne probatione, secundum conscientiam. Idem
Bald. in cap. 1. §. iustitiae. num. 3. versic. & propterea
benè facit de nou. form. fidel. & leg. nemo. num. 4. Cod. de
sent. & interloc. omn. iud. Præfertim quando verba
compromissi sunt ampla & larga, ut nostro casu:
49 Et potest † arbitrator credere probationibus per-
suasius, Bald. in leg. sola. num. 13. in fin. Codic. de test.
50 Et etiam priuatæ scripturaræ, † si videat verisimili-
ter ita esse faciendum: notatur in dict. l. si societate.
§. arbitrorum pro socio. Bald. consilio 181. lib. 3. incipit, pri-
ma oratio. Grauet. de antiquit. temp. part. 1. §. octauo
datur. num. 8.
- 51 Forma arbitramenti, siue Laudi, † satis per-
spicua est, de ea non, sed de stabilitate & æquitate
cius discrepatur. Articulus enim decimus septi-
mus causalis, satis eam formam describit: quem
Articulum Actores in suis responsionibus non
insificantur, sed solummodo ad suos elisiuos se re-
mittunt, in quibus nulla terminorum positorum
& limitum, fit mentio. Sicque tacite fatentur di-
ctum decimum septimum articulum.

Tandem pro iustitia factæ pignorationis, sit
relatio ad suprà dicta fundamenta: In primis ve-
ro ad effectum & virtutem d. Laudi & arbitra-
menti, tanquam subsidium & complementum
reliquorum probatorum, per Reos. Et his ipsis
censo, capita intentionis, quibus Actores nitun-
tur, elisa esse. Moneor inter cætera etiam sequen-
tibus rationibus.

- 52 Primo, quia ex Actis probatoriis constat, † q
agrorum proprietas, & dominiū, qui describun-
tur in tertio elisiuo, in quibus ius pascendi con-
trouertitur, haud ad Wachenhouios, sed Stopf-
fenheimenses, & alios proprietarios pertinet, vt
53 inde iuris præsumptio, † suam intentionem
fundata in quo id ius pascui, eiusque iuris posses-
sorii, inter limites Alesheimensem, vnde deren-
Dorfsmarelung/tanquam super iuribus aliorum,
habere non possint: Succurrit enim regula: Quo-
54 ad te, † liberas aedes habeo.

Et recenseht testes ad interrogatoria secundi
elisiui, quinam sint hi, qui agros in loco contro-
verso habeant, & quot sint numero? vbi † de
Wachenhouis nihil reperitur. Et dicit quintus
Actorū testis, Ellingenenses & Stopfenheimenses
ibi habere 24. iugera. Concordat decimus quintus:
Item, decimus octauus, vigesimus secundus, vige-

simustertius, vigesim⁹ quartus. Et reliqui omnes
nil sciunt de pratis vel agris Wachenhouis in
eo loco. Et dicit vigesimus testis, pastor eius loci,
se non scire agros eō pertinentes. Hoc ipso con-
firmatur dictum primi testis Reorum, ad primū
interrogatorium, primi articuli, dicentis, die von
Wachenhouen haben daselbst nicht Velder vnd Güte-
ter/dann allein was ihrer Herrschaft wissend sey. Al-
ber die Alesheimer haben auf den Wachenhouern. ic.
Concordat secundus testis ad vndecimum inter-
rogatorium primi articuli: & tertius ad primū
interrogatorium. Die Wachenhouer haben nichts
auf der Alesheimer Veldern/allein ihre Herrschaft.
Ita & quartus testis. Et posito † haberent propri-
os fundos in istis limitibus, non tamen necessari
inde ad ius pascendi inferi potest, per ea, quæ di-
cit Hieron. de Mont. Prix. in tractat. fin i um regund. ca.
94. num. 5.

Secundò aduerti, Actores † sua quieta possel-
sione pascuationis parum confidere potuisse. Li-
cet enim in tertio elisiuo his verbis † proponant, s
nempe, Wachenhouen ultra memoriam hominū,
in locis ibidem definitis zu hiften gehabt / vnd noch
haben: Id tamen magis petitorum, quam possesso-
rium concernit: de quo iam lis non est, testante
Reorum expressa protestatione: Ideoque & deposi-
tio super possessione, tanquam extra articulū fa-
cta, parum operari potest.

Terçò resistit quietæ possessioni, † impatiens
Reorum, quam declararunt ipsimet Actores,
etiam ante compromissum, quamque fatentur
in responsione sua ad sexūm Articulum elisiū,
& plures testes, vt supra ostensum, id comprobant.

Quartò, ex dictis testium passim colligitur, v-
surpationem pascuationis factam † non tam iure
seruitutis, quam amicitia, & vicinalis concordie,
& quidem modice, & ciuiliter, sine offensione &
damno alterutrius usurpatum reciproce. Quo
casu † usus seruitutis non præsumitur, prout a-
lias in dubio, ius familiaritatis & amicitia poti-
us, quam possessionis, usurpatum dicitur, vt per
Innoc. in cap. si diligenti. de prescript. Cœpoll. de seruitut.
rust. pred. c. 1. n. 26.

Hinc quintò, non obstat allegatio prescriptio
nis immemorialis, † cum propter defectum pos-
sessionis, vt iam dictum, & factas contradictiones
per pignora: tum ob naturam actionis propositæ,
quæ possessorii, & non petitorii est iudicii.

Sextò, posito calu, antiquos limites & termi-
nos, siue die Dorfsmarelung/olim non sicut iam
per Arbitratores designati sunt, stetisse: Tamen
propter contractum † per compromissum, inter
partes ante subsecutum arbitramentū siue Lau-
diū, iam vigore transactionis, & sententia arbit-
ratorum, pro certis & indubitatibus, imo pro his i-
psis in effectu habendi sunt, qui olim exiterunt.
Sententia enim † arbitratoris, est quædam trans-
actio: Auth. si verd contigerit. C. de iud. Bartol. in dict. l. 1. 2.
societatem. §. arbitrorum. in t. quæst. Canonistæ in d. cap.
Quinta uallis de iure iur. Pet. Iacob. in pract. rubr. 81. num.
26. Nam sicut per transactionem † fit recessus à
lite

lite, ita per arbitramentum: is enim est effectus eius sententiae siue laudi: per allegata à Schurff. consil. 19. n. 2. & 3. cent. 2. & Dec. consi. 60. n. 4.

Septimò his ipsis Actis coram Arbitratoribus succurrat testificatio quatuor testium Reorum, siue 66 arbitratorū, vt supra deductum: qui ad testimoniū admittuntur, licet videantur habere affectū erga causas, qua stractarunt. Super Actis enim ipsius causæ & processu ipso, possunt esse testes & probant per allegata per Mynsing. in con. 55. n. 19. vbi dicit, ita communiter concidere Dd in c. cum à nobis de iest. e. cum fine. de arbitri. & l. ne in arbitri. C. de arb. Quibus accedunt, quæ dicit Steph. Aufrer. in tractat. de testi. n. 11. fallent. 2. 5. 8. & 9. & Campes. cod. tract. reg. 67. vbi probat, quod stetut simplici † informationi seu relationi arbitratoris, quando sibi data fuit potestas à partibus, procedendi de iure & de facto, cum scriptura, vel sine scriptura. Sed id tantò magis in nostro casu, cum tam quoad processu & acta, siue formam compromissi, quam quoad causam Principalem, & iustitiam sententiae, hi quatuor compromissarii, quorundam testiū aduersiorum, fortia adminicula habeant, vt supra deductum.

Inde, octauo consequitur: postquam arbitramentum iam est perfectum, † reuocationi loco 68 cum non esse. Sicut enim † in transactione non permittitur pœnitentia, ita nec in arbitratore, quando scilicet arbitramentum est perfectum: securus tamen ante laudū: per ea, quæ dicit Lanfranc. ab Orian. in tract. de arbitri. in 5. membr. n. 50. In primis verò, vbi dolus abest, prout nostro casu non praesumitur, & testes quodammodo excusant arbitratores à partialitate & affectione, doli nutricula, secundum doctrinam Bartol. in d. l. fi. de precari stipul. n. 3. in fin. Idque etiam propter ampla, & (vt dicunt) Bassa verba compromissi, † videlicet, prout testes dicunt, ad duodecimum causalem, & ostendunt interrogatorium, non i. Elisui, Was vnd wie d. viri entscheiden werden / dabej soll es ohn alles ferner verweigern/entlich ewig vnd vniwidersprechlich bleiben/ vt per Gab. lib. 2. cōmūn. conclus. de arbitris concl. 3. n. 62. Cui pœnitentia vel contradictioni arbitramenti, altera pars statim reclamauit, siūm diffensum detegendo contra petitionem Wachenhōiūrum,

Nono: huic pacto perpetuitatis & irreuocabilitatis non obstat contenta 12. Elisui, & quorundam testium dicta. Licet enim unus arbitratorū post terminos positus, in ea verba eruperit. Id tamen non tam insu, approbatione & consilio reliquorū virorū q̄ incogitantia & simplicitate profertenis esse factū, verisimile est, & ex testium depositionibus clarissime patet. Nec aliter oblata est ea refixio terminorū, quam si partibus ita placuerit, cui & in continentī contradictrum est. Sicque contra fidem datam his attentare integrum non fuit.

Decimo: licet iuriſ sit non obscuri, quod generaliter dicendo, † reducio ad arbitrium boni viri nulla cautela effugi possit, vt per Bart. in d. §.

arbitrorum. & alias communiter Dec. consi. 11. in princip. n. 6. con. 39. n. 6. in princ. cons. 60. n. 2. circa medium. Id tamen non intelligitur, nisi data laſione enormi, vel enormissima, vt per Dd. in iam allegatis locis: vel vbi dolus ex proposito interuenierit, quo casu nec per pactum laſioni renunciari potest, quin laudum reuocatur ad arbitriū boni viri, per multa alleg. per Gab. d. lib. 2. tit. de arbit. conclus. 3. num. 46. imò quando laſio est modica † non datur petitio 72 reductionis, etiamsi non sit iuratum, vel non interuenierit renunciatio, vt per Gab. iam d. loco n. 61. Sic etiam, † quando arbitratores sunt electi, tan- 73 quam boni viri, habito respectu ad eos, non ad alios, prout nostro casu in undecimo causali expri- mitur. Gabr. ibid. n. 65. Quod vero † nostro casu nō 74 magna, sed modica sit laſio, colligitur ex eo, q̄ ex attestationibus non constat, Wachenhōiūs in locis controvēris habere fundos proprios & a- gros, vnde palcuis frui possent, vt supra oſlexum. Item, † q̄ non iure possessionis, sed vicinitatis & 75 familiaritatis, pecora sua ad pascua appulerint: Sic que veram iuris possessionem nec posuerint, nec probauerint. Item † q̄ ius id controvēsum non 76 in solidū sibi vendicent Actores, sed saltē in communionem cum aliis, & quidem ipsis Reis in non magna agrorum † circumferentia: Item 77 per d. arbitramentum non derogātū iuri proprie- tario, decimalium & custodia, quam quilibet, etiam priuatus, in suo fundo, capiendis pignorib⁹ exercere potest, id enim distinguunt von der ge- meinen Dorffs Rueg / quā communites solent constituere in suis finibus. Inde sequitur, cum pri uatio presupponat habitum, q̄ † laſio dici nō 78 possit, quando nihil amitti potest: quia † non exi- 79 stente actu, de priuatione siue amissione iuris, quod quis nō habuit, fruſtra queritur.

Eadem ferè consideratio habetur, quantū ad prata in der Dieffenbach attinet. Is enim locus conſiſtit ex quibusdā ingeribus agrorū, siue pratoū, quorum numerus certus in Actis non reperitur. Colligitur tamen ex dictis testium ad interrogatiōne quinti Elisui, numerū dieser Tagwerck exiguū esse, & non ad Wachenhōfē pertinere. Ita colligi potest ex 3. 4. 5. 12. 13. 17. 18. 20. 23. & 24. testiū dictis. Ex quibus sequitur, etiā quoad † hunc 80 locū, die Dieffbach/ratione pascuorum, de quibus solummodo lis est, enormē vel enormissimā laſionem non existere. Licet quidam testiū Actōrum magnificant laſionem, eamque decimusleptimus testis estimat 300. fl. Hic tamen non dicit, eos tantum iuris amissione per arbitramentum, sed quod in tantum sibi prodesset, si id ius habere posset, id est, non dicit de damnō euitando, sed de lu- cro captando, si contingere posset: estque in hoc singularis. Et ut sit mea sententia, tanta laſio prætendit haud poterit, cum Actores pauca ibidem prædia, & vix tanti valoris habeant, & ex dominio aliorum se fundent, quoad pascua, vt ſu- pra dictum. Quo loco multum residere puto pe- nes arbitriū iudicantis. Licet enim sint varie opiniones, quænam sit enormis laſio † & in qui- 81 busdam

busdam iuris casibus id sit definitum, tamem hoc casu arbitriarum esse, communis habet opinio, ut per Menoch. de arb. iud. qq. ltb. 2. casu 73. num. 5. Villalob. commun. opinion. verb. Arbitr. in addition. ibid. communem dicit, Socin. Iunior consi. 48. n. 22. & alius locis. vt per Menoch. d. loco.

- Tandem aliquid momenti habet consideratio aliquis testium + utrinque productorū. Quales verò sint quatuor illi, ex parte Reorum adducti, supra admonitam est. Sed Actorum plerique vel sunt eorum subditi, vt puta Teutonici Ordinis, & Wachenhouenses, primus, 2. 5. 10. 11. 15. 16. 21. 22. 23. 24. Dominorum gii Stopfenheim 12. 13. 18. 20. Quidam etiam sunt partiales & affectionati, vt primus, 22. & 24. Quanta verò talium fides, præsertim pro producente, non euro referre. Concludo pro Reis.

Ex p̄fas, propter probatam pasculationem Actorum longissimo tempore, & alia motua, Compensō.

D. N. Correferens: Quia versamur in possessione, vt Referens, concludit, actionem non probatam, aut si aliquatenus probata, propter usurpationem, putat elisam, vt per Referentem: Expensas compensat.

D. N. Actores nec quasi possessionem iuris pascendi, nec turbationem probasse. Concludit, pronunciandum pro Reis, cum expensis, cum nihil probari. &c.

V O T V M IX.

In causa compromissi
S. Contra T.

S U M M A R I A.

- 1 Hypothesis huius cause sine species facti quae.
 - 2 Compromissi pactum quod.
 - 3 Actrices utilem rei vindicationem insti-tuerant.
 - 4 Cardo totius huius cause, unde dependeat.
 - 5 Argumenta quibus probatur feudum non ad actricem devolutum, sed ad dominum reversum, que. ibi. nume. 7. 9. 14. 19. 22. 25. 27. 28. 30. 35. 38. 24. 44. 48. 51. 53.
 - 6 Feudum quando habeatur paternum & masculinum.
 - 7 Feudorum natura & congruit, vt fæminæ ab illis excludantur.
 - 8 Feudum non fæminina, sed masculina presu-muntur.
 - 9 Feudali iure heres intelligitur de masculo, non de fæmina.
 - 10 Verbum liberorum, secundum naturam feudalem tantum ad masculos referri po-test. Idem sentendum de vocabulo, Leibserben. Videlicet, tantum de filiis
- & sic de masculis intelligi potest, nume-
ro 12.
 - 13 Concessio alicui & heredibus sui corporis fa-
cta, de masculis accipienda.
 - 15 Ordo Charitatis requirit ut pater prius de
filia, quā de sorore cogitasse existimetur.
 - 16 Ex feudi natura, & iure competente, quan-
do fæminæ ad feudi successionem admit-
tuntur, tum pacto expresso, & speciali
gratia, quoad ipsas, non est opus.
 - 17 Frustra exprimuntur, quod per se inest.
 - 18 Privilegij concessio, presupponit ius commu-
ne in contrarium.
 - 19 Ex literis venditionis dupli ratione pro-
batur, Hermannum defuncto fratre, ex-
clusa filia ac sorore, in feudo succeſſe.
 - 20 In feudis fieri nequit, ut pro parte masculus,
& pro parte fæmina succedat.
 - 21 Feudum in hoc casu, cur fæmininum dici no
possit.
 - 23 Feudum aliud quodlibet, etiam sine expres-
sione, proprium & rectum presumitur.
 - 24 Feuda ex propria sua natura ad solos masculi-
los ex masculis descendentes, iure successio-
nis deueluantur.
 - 25 Fæminæ ex natura rerum conciſarum, à
feudo remouentur.
 - 26 Fæminæ iurisdictionem in feudo habere non
possunt.
 - 27 Feudum fæmininum quale sit.
 - 29 In concurſu masculorum & fæminarum,
fæminæ à masculis semper excluduntur.
 - 31 Sub ripio nulli prodest, nec quisquam se in
ea fundare potest.
 - 32 Sub ripionis vitium, dulturnitas temporis,
quando non purgare videatur.
 - 33 Nemo presumitur ad illicita se conferre &
cum periculo per dolum impetrare velle,
quod sine periculo, iure obtinere potest.
 - 34 Instrumenta duo vel plura sibi planè con-
traria ab uno & eodem producta, ut
rumq; pro nullo reputandum & reuicien-
dum.
 - 36 In feudis primum stipitem sine originem, &
principium inspicimus, non etiam, quo
alio, quoque tramite descenderit.
 - 37 Feudum si à mare cœpit, quod in dubio
presumitur, etiam si postea ad fæminam
delatum, tamen adhuc naturam mas-
culinam retinet, & fæmina extincta, fæ-
mina amplius non succedunt.
 - 39 In feudo Franco & à seruitiis libero ex
communi sententia fæmina succedere po-